

IHS

LAURENTIUS RICCI  
PRÆPOSITVS GENERALIS SOCIETATIS IESV

Illmæ Dnæ Dnæ Comitissæ Bretnanæ Cavanagæ, salutem in  
Domino sempiternam.



ACIT **Illustr. D.V.** Virtus, ac Pietas, & in Societatem nostram benevolentia, & merita requirunt, ut quicquid à nobis mutui obsequij in Domino referri possit, id Ei iure, ac merito debitum esse existimemus. Quamobrem cum nostrum hunc in **Illustr. D.V.** animum nullis alijs rebus, quam spiritualibus obsequijs declarare valeamus, pro ea auctoritate, quam nobis Dominus, licet indigens in hac nostra Societate concessit, **Illustr. D.V.** omnium, & singulorū Sacrificiorum, Orationum, Leiuniorum, & reliquorum denique bonorum Operum, ac Piarum summae animæ, tum Corporis exercitationum, quæ per DEI gratiam in uniuersa hac minima Societate fiunt participē facimus, eorumque plenam communicationem ex toto cordis affectu in CHRISTO IESV impertimur. In nomine PATRIS, & FILII, & SPIRITVS SANCTI. Insuper DEVVM, & PATREM D.N. IESV CHRISTI obsecramus, ut concessionem hanc de Cœlo ratam, & firmam habere dignetur, ac de inexhausto eiusdem Filii sui meritorum Thesauro nostram ipsius inopiam supplens **Illustr. D.V.** omni gratia, & benedictione in hac Vita cumulet, ac des inde eternæ tandem gloriæ coronā remuneret. Datum Rome die 12. Septembris 1763.

Laurentius Ricci

Gabriel Comelli Sec<sup>o</sup> Soc<sup>o</sup> Iesu



1763 12/IX

Madiso 28 (32)

